



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio || Philippi Melan||chthonis Contra || Iohannem  
Ekivm || Theologiae || Professo||rem**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1519**

**VD16 M 2926**

3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32534**

actū esse palam est displicuisse cōsiliū excipiēdi,  
porro quid oportuit detrectare vniuersi orbis iu-  
diciū, idq; in paucos nescio quos, reijcere, si fidei  
causam vt vocat obscurari noluit.

3 Susceperat Carolo stadium defendēdā cōclu-  
sionē suā xi. Liberū arbitriū ante gratiā nō valere  
nisi ad peccandū, hanc oppugnabat Eklius quam  
vides de humanis viribus ppositam, atq; adeo de  
iusticia hūana, seu merito cōgruū, neq; iā disputo,  
accedat peculiare auxiliū, nec ne variant. n. & ipsi  
questionū magistri. Certe magno cōsensu scholę  
id peculiare auxiliū gratiā Iesu Christi esse nō p-  
mittūt. Atq; id erat qd̄ auidi auditores expectabam-  
us, q; lectorem ad suam conclusionem relegat,  
nemo tam stupidus est qui putet Carolo stadium  
Ekianam conclusionē defendendam suscepisse.  
Ab illo instituto, in angustias quasdā, an recipiat  
volūtas tm̄, causā sensim tracta est, cū in Carolo  
stadij conclusionib; vnica ē quę obiter causatur  
totū opus bonū a deo esse atq; eam ipsam Eklius  
laigitus est, mō nō sit opus diuinitus totaliter. Ego  
vero certū habeo Carolo stadio nūq; in mentē ve-  
nisse causā in has symplegadas cogere. Credo  
permouit eū vt diceret, atq; id recte, totū opus bo-  
nū a deo esse, ppter Ekij pphanam scholam, quę  
gratię & nature opera nō distinguit, nisi respectu  
rationis, vt vocant, planeq; eadē specie censet acq;

quos cū natura citra gratiam, tū voluntas & gratia  
efficiāt. Hic vero tutandus seu excusandus erat  
Barbarus ille Heraclitus, Scot<sup>9</sup> quē meministis in  
rapsodiis suis quam Christiana hac de re doceat.  
Quod subiecit de D. Erasmo principe studioꝝ  
pictatis, vides mi lector non alio pertinere, nisi vt  
optimo viro, deinde bonis oībus inuidiosus red  
dar. Valeat Ekius & traducat nos & triumphetur  
pauulos. Ad id genus calumniarū satis animi pre  
stabit Christus, ipse agnosco quantū Erasmo de  
beant cū studiosi omnes tum maxime ego, tot be  
neficijs priuatim ac publice ab eo auct<sup>9</sup>, quę post  
q̄ intelligere cœpi, cœpi autē Christo duce. Scio quā  
grato pectore complexus sim, reliqua debeo isti  
malarum mentiū auctori scholę.

4 Non displicuit argutia de toto & totaliter  
nēpe festiua eoq; ipso gratior, q̄ noua ē & digna  
Ekij professione penes quā hodie cū rerum tum  
verborum arbitrium est. Iam quod docet inter illa  
quid intersit non est ingratum amici studiū, quāq̄  
iam olim Porphyrium didicimus, & nūc ad id ge  
nus nugalia theoremata reuocari molestum est.  
Porro quid necesse erat nouis glossematīs & plāe  
ficticijs asserere vim liberi arbitrij, qua bonū effi  
ciat cū receptū sit & apud scholasticos, vel sum  
mę notę, nempe Occanicos, quosdam voluntatis  
actus tantū recipi.